



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

xxij. De modo, & forma procedendi in depositione, degradatione, & traditione Curiae seculari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**



Quarto etiam in modo confitendi delictum suum, potest tunc talia verba dicere per quae appareat eum esse incorrigibilem, quia forte non ostendit se se penitere de delicto, sed potius dolere, quod non facit perfectius peccatum; Quae omnia colligi possunt ex Panorm. in cap. cum non ab homine, nu. 29. & Decio ibidem, colum. vlt. cum non ab homine, nu. 29. & Decio ibidem, colum. vlt. post Anton. de iudic. & Cardiu. in quodam consilio, vt refert Felin. in cap. Rodolphus, colum. 25. de rescript. Ioan. Bernard. Diaz in pract. Crimin. Canon. c. 131. & Simone Maiolo lib. 5. de irreg. c. 26. num. 4.

De modo, & forma procedendi in depositione, degradatione, & traditione Curiae seculari. Cap. XXII.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ecclesia privilegij suis Clericos proternos, & incorrigibiles fouere non intendit.
- 2 Episcopus consecratus, & de crimine depositione digno conuictus, a duodecim Episcopis olim deponi poterat.
- 3 Episcoporum depositio hodie Summo Pontifici reservata est.
- 4 Episcopus non consecratus, sed tantum electus, & confirmatus, a quot Episcopis olim deponi poterat, & hodie deponendus sit.
- 5 Episcoporum cause criminales minores in Concilio Provinciali tractandae, & definiendae sunt.
- 6 Sacerdos, vt ab officio, beneficio, vel ab ordine deponatur, quis Episcoporum numerus requiratur.
- 7 Sacerdos, vt degradari possit, sex Episcopi, vltra proprium Episcopum, tam antiquo, quam iure nouo sicut necessarii.
- 8 Expensis proprii Episcopi ad alicuius degradationem venire debent.
- 9 Degradare constitutum in minoribus proprius Episcopus sine alijs Episcopis potest.
- 10 Degradatus quilibet sine in sacris fuerit, siue in minoribus tantum, sit infamis.
- 11 Depositus verbaliter adhuc Clericaliter viuere tenetur, nec statim in brachio seculari tradendus.
- 12 Degradatio Clericorum quot modis, & qualiter fieri debeat.
- 13 Degradatio actualis coram Iudice seculari facienda.
- 14 Index Ecclesiasticus pro degradato apud Iudicem secularem efficaciter intercedere debet.
- 15 Degradari, & iudici seculari tradi, ob quas causas aliquis debeat.
- 16 Haereticus relapsus, & impenitens, degradandus, & fornicariari tradendus est.
- 17 Fallarius literarum Apostolicarum degradari, & iudici seculari puniendus tradi debet.
- 18 Clericus contra proprium Episcopum conspirans, aut homicida, an, & quando degradandus sit.
- 19 Degradandus an sit Religiosus Abbatem, aut Prouincialem suum occidens.
- 20 Degradandus an sit Clericus in sacris existens regulariter ob homicidium qualificatum, dummodo incorrigibilis non sit.
- 21 Sodomita Clericus, aut Religiosus, an, & quando degradandus, & brachio seculari tradendus.
- 22 Privilegium an causa sufficiens sit, vt Clericus degradari,

& Curiae seculari tradi possit.

- 23 Schismaticus Clericus an degradari, & Curiae seculari tradi mereatur.
- 24 Homicida si Clericus sit, an, & quando degradandus sit.
- 25 Degradatus actualiter, si Sacerdos sit, consecrando peccat, verè tamen consecrat, sicut etiam Episcopus veros ordines post degradationem confert.
- 26 Clericus in sacris post degradationem matrimonium validè contrahere nequit.
- 27 Clericus in sacris post degradationem Horas Canonicas recitare tenetur.
- 28 Degradatus, cum officio & beneficio priuatus sit, an beneficij prioris fructibus alendus sit.

1 **C**um Ecclesia non intendat privilegij suis Clericos cofouere proternos, & incorrigibiles, statuit Celestinus Papa III. in ca. cum non ab homine, de iudic. Clericos incorrigibiles ab Ecclesiastico iudice primo verbaliter deponendos esse; ne tamen ad talem depositionis sententiam temere procedatur, modum quendam praescripsit, diligenter & cum maxima maturitate obseruandum. Vt autem res tota explicetur clarius, aduertendum est, vel agi contra Episcopum; aut contra Sacerdotem; aut contra Diaconum, aut Subdiaconum; aut contra Clericos in minoribus constitutos. Deinde vel agitur criminaliter, vel ciuilitate; De quibus omnibus quid dicendum, aut agendum, & quomodo procedendum sit, in sequentibus dictis ostendemus. Quorum

2 **P**rimum est. Si contra Episcopum consecratum criminaliter agatur, & crimen, de quo conuictus est, dignum sit depositione, olim iure antiquiori Metropolitanus illius Prouinciae cum alijs duodecim Episcopis vltra Metropolitanum conueniebant, qui duodecim à Metropolitano eligebantur, vel ab ipso reo, si electos à Metropolitano suspectos habebat, vt notant glos. in Summa, 3. quaest. 8. & clarius ibi Archid. Can. Duodecim. 5. quaest. 4. & in cap. Scirote, 6. quaest. 3. & 6. quaest. 4. cap. 1. 2. 3. & 4. & 9. quaestio. 3. cap. Saluo. Innoc. in cap. graue, numero 4. de praebend. Panorm. in cap. Non potest, nume. 5. de sent. & re iud. Alphons. Viuald. cit. numero 15. Gregor. Tholos. lib. 3. Syntag. cap. 30. numero 9. & videtur probari in cap. Felix Episcopus, 15. quaest. 7. & olim poterat Episcopus ab illis deponi, vt notat Panorm. vbi supra, ex cap. 6. quis Episcopus criminaliter, 6. quaest. 4. dummodo maior pars ex designatis Episcopis in sententiam depositionis consentiret, erant enim Iudices assessores, nò ordinarij, ex glos. in Summa, 3. quaest. 8. Panorm. in d. capit. Non potest, numero 18. Albertin. de Cathol. assert. quaest. 9. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. secundo.

3 **D**ixi iure antiquiori, quia etiam iure antiquo, quamuis cognoscere poterant vique ad conclusionem cause, tamen definitio reservata fuit summo Pontifici, vt colligitur ex cap. accusatus, cap. discutere, c. Quamuis & c. Multum, 3. quaest. 6. Innoc. hoc insinuat in cap. Quod sicut, de elect. numero 4. & Archid. in cap. Si quis episcopus criminaliter 6. quaest. 4. & Panorm. in cap. Non potest, numero 5. & numero 14. de sent. & re iudic. & ibidem Felin. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. 2. & nunc nouo iure Concil. Trident. tam cognitio causarum criminalium grauiorum contra Episcopos, quam earum conclusio Summo Pontifici reservatur, vt habetur in Concil. Trident. Sess. 24. de Reformat. capitul. 5. & docet idem Henriquez, vbi supra, & congregatio Cardin. interpr. Conc. anno 1585. Octobris 3. Quae autem dicantur cause grauiores, tradunt Iul. Cla. in Prac. Crim. in principio numero 9. Menoch. de arbit. libro 2. Centur. 3. Casu 266. & Lelius Iordanes, in libro de maioribus Ecclesiae causis, capitulo 1. & 2. Quod si causa eiusmodi sit, qua necessario extra Romanam Curiam sit committenda; nemin prorsus ea committi potest, nisi Metropolitanis, aut Episcopis à Papa eligendis. Haec autem commissio & specialis esse debet, & manu ipsius summi Pontificis signata, & sententia definitiva eidem reservari debet.



abus, vt in d. cap. 5. ſeſſ. 24. habetur. *Minores vero criminales cauſa epiſcoporum in Concilio tantum Provinciali, vel a deputandis per Concilium Provinciale cognosci, & terminari debent.*

4 Quando autem agitur contra Epiſcopum non conſecratum, ſed tantum electum & conſecratum, ſufficit iure antiquo numerus ſex Epiſcoporum, ex Archid. 3. quaest. 8. in Summa. ſuper glo. Summae, & Panorm. in d. cap. Non poteſt, numero 9. de ſent. & re iudic. & facit cap. illud, diſt. 23. His omnibus addo, quod etiam in cauſis grauioribus criminalibus, cum cauſa contra Epiſcopum per Papam delegatur, quamuis Henrquez lib. 13. de excomm. & inter d. cap. 55. §. 2. velit requiri duodecim Epiſcopos, cum Metropolitanum, prout iure antiquo requirebantur, tam in deſiſtione ab ordine, quam in deſiſtione ab Epiſcopatu, ſiue criminaliter, ſiue civiliter agatur, & fauet gloſ. 3. quaest. 8. in Summa, alij tamen, vt Archid. in 3. quaest. 8. in Summa, ſuper gloſ. Summae, & in cap. illud d. 23. & Innoc. in cap. graue, numero 4. de praebend. & Panorm. in c. Non poteſt, numero 9. de ſent. & re iudic. rectius docent, quod quamuis hoc ſit honeſtum, propter excellentiam dignitatis Epiſcopalis, non eſt tamen neceſſarium, ſed conſideranda eſt forma Commiſſionis; quare, ſi vnus ſolus delegatus eſſet ad Ppapa, quia hic repreſentat perſonam Pape, argum. l. 1. ff. de offic. eius, & cap. Sanè, de offic. deleg. hic ſolus ſufficit ad deſiſtitionem, argum. cap. per principalem, iuncta gloſ. ibi, in verbo, ad nos, 9. quaest. 3. Sin autem plures delegati ſint cum poteſtate deponendi, nõ requiruntur omnium concordia, ſed iudicio ſtatutorij plurimorum; Si quidem maior pars delegatorum in hoc cauſa perſonam delegantis repreſentat, ita vt iſtis delegatis condemnantibus, vel abſoluentibus, ipſemet Papa delegans condemnante, vel abſoluiſſe ceneatur, niſi appelletur; Sin autem diſcordant pari numero, tunc quidem deſiſtione a ſolo Papa dependet, argum. cap. final. de ſent. & re iudic. & ff. de re iudic. duo ex trib. & l. duo iudices, & Panorm. in ca. Non poteſt, num. 14. de ſent. & re iudic.

5 Cauſa vero criminales minores in Concilio Provinciali tractari & deſiſtunt, non exiſtentibus ibi duodecim Epiſcopis iure antiquo requiſitis, quia conſtat Concilium Provinciale ex numero nonnulli Epiſcoporum conſiſtere.

Neo obſtat, quod ad cognoscendam cauſam Epiſcoporum requirantur duodecim Epiſcopi, quia illud ad ſummum procedit in cauſis maioribus, quando procedunt ſecundum ius antiquum, & quando commiſſio cum eodem numero ſit.

6 Secundum eſt, Cum agitur contra Sacerdotem, diſtinguendum eſt, vel enim agitur de deſiſtione quoad beneſicium, vel ad aliam penam; vel quoad deſiſtitionem ab ordine: In primo cauſa non requiruntur numerus ille Epiſcoporum, vt notat gloſ. 15. quaest. 7. in Summa Innocentii, graue, num. 5. de praebend. Panorm. in c. Non poteſt, numero 10. de ſent. & re iud. quia, idem dicendum eſt, etiam ſi agatur contra Abbatem, vel alios Prelatos inferiores, ſeu Clericos inferioris gradus, vt probatur 18. quaest. 2. cap. Si quis abbas, iuncta gloſ. & 16. quaest. 6. cap. Epiſcopo, ſi vero agitur ad ſententiam deſiſtitionis ab ordine, ſeu de gradationis, tunc requiruntur ſex Epiſcopi, vltra Epiſcopum proprium; in deſiſtitione vero Diaconi, vel Subdiaconi, vltra proprium Epiſcopum, requiruntur tres alij Epiſcopi, c. Si quis tumidus, c. Felix, & c. Si autem, 15. quaest. 7. & cap. 2. & ibi gloſ. in verbo, Canonibus, de penis, lib. 6. & Ioan. Andr. in Nouell. Archid. poſt Vgol. in cap. Scitote, 6. quaest. 3. Panorm. in cap. Non poteſt, numer. 10. de ſent. & re iudic. & facit cap. 1. & ibi gloſ. in verb. Canonibus, de heret. libro 6. Toler. libro primo, cap. 17. Henrquez lib. 13. c. 55. §. 2. Synet. verbo, Degradatio, num. 1. Summa Aſtenſis, par. 2. libro 7. titulo 17. articulo ſecundo; Gregor. Tholoſanus libro 3. Synagm. iuris, cap. 31. num. 9. Alphons. Vivald. titulo de Deſiſtitione, numero 16. & nona Conſtitutione Conc. Trid. ſeſſ. 13. de Reform. capit. 4. in caſibus, in quibus tot Epiſcoporum praesentia haberi nequit, aſſumere poteſt Epiſcopus totidem Abbates, ſum mitra & baculo ex privilegio Apoſtolico habentes qui ſibi aſſiſtant, aut

illis deſiſtibus, totidem perſonas alias in Eccleſia dignitate conſtitutas, additque Concilium poſſe Epiſcopum per ſeipſum etiam procedere ad abſolutionem degradationem ab ipſis ordinibus, & gradibus Eccleſiaſticis, adhibitis abſque illis, vt iatus Concilium ibi declarat. 1. illud vero obſeruandum eſt ex Ioan. Andr. in cap. 2. de penis, lib. 6. Panorm. in cap. Non poteſt, numero 10. de ſent. & re iudic. praedictum numerum Epiſcoporum requiri vbi agitur de degradatione in ordine ad actum, hoc eſt, in examinatione, quando Epiſcopus tendit ad deſiſtitionem actualem, ſecus autem ſi ſiſtere vellet in verbalis deſiſtitione, & citat Panorm. cap. At ſi Clerici, & cap. cum non ab homine, de iudic. vbi ſolum ſit mentio de proprio Epiſcopo, & cap. poſtulaſti, de foro comp. & facit ca. 2. de penis, lib. 6. vbi in deſiſtitione verbaliter ſiſtenda facit mentionem de Epiſcopis, in actuali vero dicit duntaxat de proprio Epiſcopo, Si quidem degradatione actualis eſt executio verbalis, & in executione non requiritur tanta ſolemnitas, quod etiam docet Sylueſt. verbo, Degradatio, num. 1. in fine.

8 Quorum autem expenſis veniant iſti Epiſcopi ad locum iudicij, Archid. in cap. ſi autem, 15. q. 7. & Pan. in cap. Non poteſt, numero 9. de ſent. & re iudic. dicunt, quod expenſis proprijs. Faciunt ad hoc c. cum ab omni, de vita & honore Cler. & c. cum ſit, de Simon.

9 Tertium eſt, Quoad degradationem pro conſtituto in minoribus, ſi ſit proprius Epiſcopus ſine alijs Epiſcopo vt colligitur ex cap. 2. de penis, lib. 6. & cap. ſi autem, modo cap. ſeq. 15. quaest. 7. Panorm. in c. Non poteſt, numero 11. de ſent. & re iudic. & Henrquez lib. 13. cap. 55. §. 2. Toloſ. lib. 1. cap. 17. requiritur tamen praesentia Capituli, vt in cap. Epiſcopus nullius, 15. quaest. 7. habetur, & tradunt gloſ. in d. cap. 2. in verbo, Praesentia & Panorm. in d. cap. Non poteſt, alias ſententia verbalis deſiſtitionis eſt ipſo iure nulla, vt in d. cap. Epiſcopus nullius, dicitur, & gloſ. in cap. 2. in verbo, teneatur, de Conſuetud. lib. 6. Sufficit tamen quod de conſenſu Capituli adſint aliqui Canonici pura duo, vel tres, qui repreſentent totum Capitulum, poſt Archid. in d. cap. Epiſcopus nullius, & Panorm. in d. cap. Non poteſt, num. 11. de ſent. & re iudic. In mo. vero hodie Epiſcopus & Capitulum iure antiquo ex conſuetudine praesentia adde cauſas iſtorum ſine praesentia Capituli, & valet conſuetudo, arg. cap. 1. & ibi gloſ. in verbo, Non eſt, de conſuetud. lib. 6. & eadem gloſ. in cap. 2. in verbo, praesentia, de penis, lib. 6. & Panorm. in c. Non poteſt, numero 11. de ſent. & re iudic. Toloſus lib. 1. cap. 17. & Henrquez lib. 13. cap. 2. & etiam valet conſuetudo ex eodem Panorm. vt ſolus deponat Clericos in minoribus conſtitutos, qui illud cap. 3. de Conſuetud. lib. 6. loquitur indiſtincte, de iudic. tenet Archid. in d. cap. Epiſcopus nullius, & facit ca. 2. de penis lib. 6. vbi ſolum ſit mentio de Epiſcopo in deſiſtitione Clericorum minoris ordinis, & idem tenet Sylueſt. verbo, Degradatio, quaest. 1. & quaest. 8. Gregor. Tholoſanus, lib. 3. Synagm. iuris, cap. 30. eum. 9. Couar. in c. Quia nos, num. 4. de teſtam. Alphonsus Vivald. in tract. de Deſiſtitione & degradatione, numero 12. & num. 17. Thomas Zerula in ſua Praxi Epiſcopali, par. 1. & par. 2. in verbo, Degradatio Quia Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. de Reform. capit. 4. nihil in hoc expreſſe determinauit, & ideo nunc etiam iuri antiquo ſtandum eſt. Notat tamen Couar. & Vivald. vbi ſupra, hanc degradationem actualem minime moribus receptam eſſe in his, qui minoribus ordinibus in ſignati ſunt. Nilominus tamẽ in Pontificali Romano, in titulo, De ordine degradandi Clericos, ſit mentio, & apponitur forma non ſolum de gradandis Clericis exiſtentibus in Minoribus, ſed etiam eos qui prima in reſtaurata accepertunt. Quae omnia multo magis procedunt in actuali

#### ADDITIO.

Adde. Et quod in cauſa haereſis ſolus epiſcopus poſſit degradare, vide in c. 1. de haeret. in 6. Et idem ſi eſſet petua immutandus.



actu de gradatione, ad eius enim executionem non requiritur vltus Episcoporum numerus, aut Canonico- rum sed solus Episcopus proprius vni ex iudiciorum. Et sic de- positus in omnibus casibus praedictis hoc est, siue sit Episcopus qui deponitur, siue Sacerdos, siue Diaconus, siue Subdiaconus, siue in minoribus constitutus, si deponatur ab ordine, si infamis, ex Panorm. in cap. cum te, num. 10. de sentent. & re iudic. cum talis depositio non nisi ob gra- ue crimen fieri debeat; neque ministrantur ei sumptus de Ecclesia, quia male meriti debeat egestate publica labo- rare, ff. de posit. l. bona fides, & Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 4. q. 2. & 3.

11 *Quartum est.* Quamuis si verbaliter depositus quis fue- rit, nondum tamen statim degradandus est, dummodo se corrigere voluerit, immo tenetur adhuc Clericali vi- uere, & Ecclesia tueri eum, & Clericali priuilegio gau- dere, & glossa in capitulo ad abolendam, in verbo, *Proroga- debit*; & glossa in capitulo ad abolendam, in verbo, *Proroga- tur*; & ibi Panorm. num. 10. de haeret. & Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 17. articulo 3. Innoc. in capitulo. *Ex parte*, de Cler. coniug. & glossa in capitulo. *Dicitur est*, in verbo, *Secu- lariter*, dist. 81. Sin vero adhuc incorrigibilis maneat, tunc quidem actualiter degradandus est. Hec autem degrada- tio actualis duobus modis fieri potest; vno modo secun- dum cap. *Degradatio*, de penis, lib. 6. quando scilicet, Iu- dex laicus non adest, sed tamen cum quidam solemnita- te sit ab Ecclesiastico Iudice, ad hunc modum; Nam cler- icus degradandus indutus sacris vestibus, & manibus tenens vas, aut instrumentum, vel ornamentum ad suum ordinem spectans, ac si in suo officio deberet solemniter ministrare, adducitur ad praesentiam Episcopi; & auferun- tur illi omnia data in ordinatione, incipiendo ab vltimo gradum vsque ad vltimum datam in prima tonsura; deia deo condetur, vel raditur caput illius, ne tonsura, seu cler- icatus vestigium remaneat in eo; Er potest episcopus in degradatione huiusmodi, verbis aliquibus vti ad terro- rem, illis oppositis, quae in collatione ordinis prolata sunt, dicendo presbitero, haec vel similia verba in remotione planeta: Auferimus tibi vestem Sacerdotalem; & te hono- re Sacerdotali priuamus; & sequi in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtiens: In ablatione vero vlti- mo, quod in collatione ordinum fuit primum, infra scripto vel alio simili modo pronunciet, siue dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ac no- stra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, & degradamus, spoliamus, & eximus te omni ordine bene- ficio, & priuilegio clericali. J. Hec Bonifacius Papa VIII. in capitulo, *degradatio*, de penis, lib. 6. Sum. Pisan. in ver- bo, *Degradatio* principio & Syluest. verbo, eod. numer. 1. Toletus lib. 1. Instru. Sacerd. capit. 17. & Summistae com- munit.

13 *Alio modo fieri potest degradatio actualis, praesente Iu- dice laico, ita vt Iudex Ecclesiasticus eorum eo inilitem caelestem insignijs proprijs ordinum exutum tradat conse- quenter iudici seculari cum protestatione, quod recipiat eum in forum laicum; intercedere tamen debet efficaciter pro eius capitali pena in eum exerceat, & sic conse- cutur Curiae seculari traditus, vt habetur in ca. *Nonimus*, de verb. signifi. & ibi Panorm. num. 8. & Host. in Summa lib. 5. tit. de haeret. §. *Qua pena feriat*, num. 9. vbi Panorm. post Abbateum ait, quod Iudex Ecclesiasticus monebit iu- dicem secularem ad pietatem, dicendo, quod ille est ima- go Dei, & reducet sibi ad memoriam multos, qui post de- lecta atrocitate egerunt penitentiam, vt in Petro Apostolo, qui negauit Christum, & postea meruit principatum in- ter Apostolos, & in Maria Magdalena, & similibus.*

14 *Quod si dicas cum Hostiensis talem intercessionem esse potius vocalem, & coloratam, quam effectiualem, quan- do quidem quicquid dicatur, ad hoc sit ista traditio, vt paratur morte. Respondet Panormitan. vbi supra, hoc falsum esse, cum in d. ca. pi. *Nonimus*, de verb. signifi. di- catur, *efficaciter intercedendum esse*; vnde licet Ecclesia pu- nire possit eum pena iudicis, non tradendo eum Iudici seculari, quia tamen delectum est ita graue, Ecclesia non vult eum amplius in foro suo retinere; eum autem degra- dat ad ceterorum terrorem. Quia vero post degradatio-*

nem hanc non est amplius de foro suo, & consequenter ad Ecclesiam non spectat amplius poenam et imponere; ideo intercedit pro eo apud Iudicem proprium.

15 *Quintum est.* Tres praecipue casus numerare solent DD. pro quibus quis degradari solet, & Curiae seculari tradi, glossa in cap. ad abolendam, in verbo *relinquatur*, & ibidem Panorm. num. 11. de haeret. & idem Panormitan. in cap. *At si clerici*, §. 1. num. 37. de iudicij, & Hostiensis in Sum- ma lib. 5. tit. de haeret. §. *Qua pena feriat*, numer. 10. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. capitul. 4. in fine. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 3. Summa Pisanella in ver- bo *degradatio*, Syluest. verbo, eod. numer. 4. quest. 2. Ta- biena verbo, eod. num. 2. §. Tertio. Giegor. Tholosanus in Syntagm. iuris lib. 31. capitul. 30. numer. 10. & Alph. nf. Vuald. tract. de depositione & degrad. num. 21. Lucas de Penna de priuile. Scholast. lib. 12. Cod. in leg. 1. Toletus lib. 1. ca. 17.

16 *Primus casus est haeresis, vt habetur in cap. Ad abolendam, & c. excommunicamus, l. §. damnari*, de haeret. in antiq. & capit. 1. tit. eod. lib. 6. Hoc tamen intelligi debet de haeretico relapso, vel saltem impenitenti, cap. *Super eo*, & cap. *accusatus*, de haeret. lib. 6. Nam simpli citi haeretico necesse relapsus admittitur ad penitentiam, capitul. pen- ult. de haeret. in antiq. duobus concurrentibus, vt notat Panorm. in d. cap. ad abolendam. numer. 6. Licet quando incontinenti, & sponte redire vult ad penitentiam; secus autem si ex interuallo, & non sponte, sed metu poenae, vel probationum, tunc enim eis non est credendum, nec par- cendum, ex Panorm. ibi, & in cap. *excommunicamus*, l. num. 10. de haeret. vbi ait, quod qui traditi iam sunt Curiae seculari, & priuati omni priuilegio per degradationem actualem, tunc non est locus penitentiae, quia non videntur venire sponte nec incontinenti. Et quamuis nondum relapsus & ad penitentiam rediens detruudi debeat in carcerem, vt ibi perpetuo peniteat, vt in cap. penult. de haere. in antiq. Hodie tamen per cap. *vi commissi*, de haeret. lib. 6. poena illa mitigari, & mutari potest in aliam ad arbi- trium Iudicis, quod etiam notat Syluest. vbi supra, quest. 2. sed si relapsus fuerit, sine audientia Curiae seculari tradi- tur cap. *accusatus*, de haeret. lib. 6. vnde semel tantum lapsi non autem relapsi ad penitentiam admittuntur, ex Pan. in d. cap. *At si clerici* num. 37. de iudic. & in cap. *excom- municamus*, l. numer. 10. de haeret. in antiq. & faciunt ad hoc cap. *super eo*, & *c. accusatus*, de haeret. lib. 6. Ratio au- tem curius antiquum talem perpetuo carceri tradendum statuit ea est ex Hostiensis vbi supra quia si haberet liberu aditum, & exitum, timendum esset, ne a iis corrumperet.

17 *Secundus casus est in falsario literarum Domini Papa, c. ad falsarium, de crimine falsi, glossa in cap. si quis Sacerdotem, in verbo, *max*, l. q. 1. Nec obstat cap. *Nonimus*, §. finali, de verb. signifi. Nam secundum communem opi- nionem DD. est specialis casus, sic expresse Panorm. in ca. *At si clerici*, §. 1. num. 37. de iudic.*

18 *Tertius casus est contumelia, vel iniuria illata in Episco- pum proprium, cap. si quis Sacerdotem, l. q. 1. sed intelli- gendus est textus de Clerico incorrigibili; ex glossa ibi in verbo, *max*, l. 1. quest. 1. & in ca. *si qui sunt*, in verbo, *ritu- peratores*, 2. q. 7. & in cap. *Nonimus*, in verbo, tradatur, de verb. signifi. Panorm. in d. ca. *At si clerici*, num. 37. vbi ait esse communem DD. Nam cum ob homicidium non tra- datur Clericus Curiae seculari, cum non ab homine, de lu- dic. durum nimis esset dicere ob simplex con- cum tradi, & idem tradit Panorm. in d. ca. *At si clerici*, num. 37. ex glossa, in d. c. cum non ab homine, de iudic. vnde cum in Curia Romana quidam Sacerdos interfecisset Sacristam S. Petri Sacerdotem vt sic capere posset bona Sacristiae, requi- sito peritotum consilio super hoc, consulerunt, quod no- debeat propter hoc tradi Curiae seculari ad occidendum secundum iura; sed poni in perpetuum carcerem, vel caueam, ibi sustentandum pane doloris, & aqua angustiae; Papa tamen Martinus V. de plenitudine potesta- tis illum degradatum fecit tradi Curiae seculari, & sic fuit occisus, vt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. in fine, & Syluest. in verbo, *degradatio*, numer. 4. quest. 2. versicul. Tertio, & Bernard. Diaz in Pract. ca. Crim.*

posse  
et per-





Canon. c. 90. teſtantur. Quo etiam in loco idem Bernard. Diaz refert Episcopum Pariſienſem Franciscum Ponchet anno Domini 1530. degradasse Sacerdotem quandam ad valvas Ecclesie Maioris Pariſienſis, eumque Curie ſeculari tradidisse quem ſuſceptum iudex ſecularis damnauit, primo ad pœnam abſciſſionis manus ante ianuã Collegij Heduenſis; & deum vt viuis combureretur in platea Sancti Ioannis Engreua, prout factum fuit. Quam pœnam paſſus eſt eo quod occiderat animo depradandi Rectorem cuiuſdam oppidi non longè diſtantis, habitantem in dicto Collegio Heduenſi, cuius ille ſamulus fuerat & vices in parochia gerebat.

19 Huius tertij caſus occasione quaerit Alphoſus Vinaldus tract. de deſignatione & degradatione. num. 25. An ſicut Clericus ob conſpirationem in ſuum proprium Episcopum, vel ob iniuriam illi factam degradandus ſit; ita etiam & Religioſus idem faciens contra Abbatem, Priorem, Guardianum, aut Generalem ſuum, degradari mereatur? Cui dubitationi reſpondet affirmatiuè, eo quod Religioſus magis tenetur obedire ſuperiori ſuo, eumque reuereri, quam Clericus ſecularis Episcopum ſuum maioremque Iuriſdictionem Generalis, ſeu Prælati Regularis in ſuos Religioſos, quam Episcopus in ſuos Clericos habet. Cuius opinio confirmari poteſt ex Io. Bernardo Diaz in Practica Crim. Canon. c. 90. vbi refert Archiepiscopum Hiſpalenſem Cardinalem anno Domini Milieſimo quingenteſimo trigefimo ſexto, in meſe Julio, in Ciuitate Hiſpalenſi, virtute Apoſtolice Commiſſionis ei factæ a Paulo Papa III. quatuor Religioſos Monafterij ordinis Sancti Auguſtini eiuſdem Ciuitatis degradasse publice, eoque ſtatim Curia ſeculari tradidisse, qui omnes furca ſuſpenſi ſunt, eo quod diabolica fraude decepti Fratrem Ioannem de las caſas in ſacra Theologia Magiſtrum, Prouincialem ſuum occiderunt. Immo idem Vinaldus vbi ſuprà nu. 23. refert, Religioſum quandam annis præteritis Romæ captiui pœna affectum fuiſſe, quod Monialem quandam violauerat.

20 Hiſ autem non obſtantibus, Bernardus Diaz vbi ſuprà cap. 90. & cap. 132. poſt Anan. in cap. 1. de Cleric. pugnantem in duello, quaſi in fine, & Anton. & Aretin. in cap. cum non ab homine. col. 9. in fine, de iudic. Decium in cap. At ſi Clerici, col. 23. ver. Et prædictam, de iudic. Arnald. Alber. in c. Quoniam, col. 124. verſ. Nihilominus tamen, de heret. lib. 6. quos refert, exiſtimat exiſtentes in ſacris ordinibus, maxime ſi Sacerdotes ſint nec ob homicidium, aut aliud quantumcumque graue delictum etiam qualificati actualiter degradari, & Curia ſeculari tradi debere, niſi ſequuta incorrigibilitate, aut in caſibus in iure expreſſis; Panormitani vero in cap. At ſi Clerici, in princip. de iudic. Poſt Petrum de Anchar. in ſepet. regula. Ea quæ. 19. q. de reg. iuris, & in conſil. 138. ſententiam, dicens committentem enorme homicidium, aut aliud aliud immane crimen debere deponi, & tradi ſtatim Curia ſeculari; non expectata incorrigibilitate, ſolum locum habere vult in Clericis prius tonsuræ, ſic enormia homicidia perpetrantiſſimis cum illi non ita proprie *Chriſti Domini* appellari poſſint. Quæ ſane opinio ſatis communis eſt, & benignior, quamuis contraria illa Panormitani & Ancharani nonnunquam in præxi obſeruetur, maxime accedente Summi Pontificis auctoritate, & criminis immanitate id exigente, præſertim ſi contingat aliquod magnum ſcandalum inde conſequiri, vt ex allatis exemplis manifeſtum eſt.

21 Quartus poſtea caſus appoſitus eſt, in quo quilibet Clericus, vel Religioſus ſtatim degradandus, & Curia ſeculari tradendus eſt, ſcilicet quando talis vitium Sodomie exercuerit. Et quidem vitium hoc tum contra naturam ſit, maxime deteſtandum eſt; violatur enim ipſa ſocietas quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ille auctor eſt libidinis peruerſitate polluitur. Quod crimine adeo immane eſt, vt Deus illud igne de celo miſſo vindicauerit, & quinque Ciuitates Sodomiticas conſumpſit, ob quod etiam infantibus, ac mulieribus ſubuerſarum Ciuitatum parere noluit. Genef. 19. & Alexander Papa III. in Concilio Lateran. vt habetur in capitul. Clerici, de exceſſ. prælat. ſtatuit, vt hoc crimen committentes, *ſi Clerici fue-*

*rint, deiciantur a Clero, vel ad agendam penitentiam in monaſteria detrudantur: ſi laici, excommunicationi ſubdantur. & a caſu ſidelium ſunt penitus alieni.* Et in Authent. non luxur. contra naturam, capite puniri iubentur. Quas poenas tam per ſacros Canones, quam per ius civile conſtituit huiusmodi impoſitas, Leo X. in Concilio Lateran. anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quinto tertio. Nonas Maij. Pontificatus ſui anno ſecundo, vt colligitur ex Conſtitutione 11. eiuſdem quæ incipit, *Superna.* Et poſt V. in Conſtitutione 5. quæ incipit, *Cum primum,* committentes huiusmodi crimen. *ſi laici fuerint, curia ſeculari degradandos; ſimilique pœna coercendo: ſtatim.* Et in Conſtitutione ſua 70. quæ incipit, *Horrendum,* de Clericis tale crimen committentibus, agens, inter alia hæc habet; *Omnes & quoscuque præbiteros, & alios clericos ſeculares, & Regularis cuiuſcuſque gradus & dignitatis, tam diuſos reſeruescentes, omni priuilegio clericali, omniſque officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis Canonis auctoritate priuamus.* Ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradari poteſt ſtatim ſeculari tradantur, qui de ipſo illud delictum capiat ſupplicium, quod in laico; hoc in exilio deuolutus, legitime reperitur ſanctiombus conſtitutum. De qua re legi poſſunt Ioann. Bernard. Diaz in ſua Præxi Canon. capitul. de Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 249. Alphoſ. Vinaldus ſuo Candelabro aureo, par. 3. tit. 6. de deſignatione, & degradatione, num. 22. Simon Maiolus lib. 5. de irregul. ca. 43. & Thomas Zerula in ſua præxi Episcopali, par. 2. in verbo, Sodomia, & Iacobus de Graſſijs lib. 2. Decifion. ca. 90. & alij.

22 *Dubium eſt.* An ob fortilegium tradendus ſit aliquis Curia ſeculari? Anton. affirmat propter cap. admoneant. 16. q. 7. ſed melius docet Panorm. in cap. At ſi Clerici, num. ca. 37. & num. 38. de iudic. textum illum intelligi de veritabili deſignatione, non autem de actuali, quæ eſt in ordine ad traditionem Curie ſeculari. Nam verbum hoc *Degradari* in pœnalibus & odioſis debet ſtrictè ſumi pro deſignatione verbalis, ex Pan. cit. numer. 38. & Felin. in cap. Qualiter, & quando, in fine, de accuſat. Sylueſt. verbo deſignatio, numer. 2. & Diaz in Pract. Crimina. Canon. ca. 132. & pro hoc facit cap. ſi quis episcopus, 26. q. 5. vbi Clerici conſulentiſſimis Atrypices, & fortilegos imponitur pœna deſignationis, qui tamen veniunt pari pœna puniendi, & ratio eſt poteſt, quia in d. cap. Admoneant, laicus ob fortilegium præcipitur excommunicari; & ideo non eſt probable quod præcipiatur Clericus tradi ſeculari Curie ad mortem.

23 *Dubium eſt.* An quis ob ſchiſma deponendus ſit, & Curia ſeculari tradendus; Bonaguida vt refert Ioann. And. in c. cum non ab homine, de iudic. affirmat, propter c. De Li guribus, 23. q. 5. & fauet Ioan. Andr. cit. ſed melius docet gloſ. ſina. in d. c. cum non ab homine, & Pan. in c. At ſi Clerici, num. 38. de iudicij, caput illud intelligi de ſchiſmatico incorrigibili, & non aliàs.

24 *Dubium eſt.* An ob homicidium tradi quis debeat Curia ſeculari? Reſpondeo cum Panormitani in cap. At ſi Clerici, numer. 39. de iudic. & Petro Ancharano, quem ipſe refert Toletus lib. 1. Inſtruct. Sacerd. capitul. 17. in fine, & alijs, quod ob homicidium ſimplex deponendus tantum eſt verbaliter, argum. capitul. cum non ab homine, de iudic. Quod ſi homicidium ſit ita qualificatum, vt tranſeat in aliam ſpeciem criminis grauiorem, puta, homicidium ſacerdotis, aſſaſſinamentum, proditionem, cum ſpoſitione bonorum, parricidium, matricidium, vel ſi homicida contumaciſſimus, tunc quidem habita ratione criminis, & ſcandalij, degradandus & tradendus eſt Curie ſeculari. Ratio eſt primo; quia pœnæ debent commenſurari, & ad quantum delictus; ſi igitur ob ſimplex homicidium deponitur ſimpliciter, ob qualificatum modo prædicto Curie ſeculari tradendus eſt, & ideo occidens Sacriſtam S. Petri a Martino V. iuſtus eſt Curie ſeculari tradi, vt ſupra dictum eſt. Secundo, Quia vbi in iure Canonico non reſeruetur aliqua pœnam, & tamen delictum eſt grauiffimum, recurrentum eſt ad pœnas legis ciuiliſ; Alio quando enim ob grauiſſima crimina non reperitur certa pœna



pena in Canonibus diffinita, sed in Legibus sic, ut contra illos, qui templa Dei effugerunt, combusserunt, spoliauerunt, & Sacerdotes occiderunt, vel parentes, vel patriam prodiderunt. Contra tales enim feruissima pena de iure proclatata sunt. Nam quandoque damnatur ad bestias, quandoque igne comburitur, quandoque per frusta scinduntur, ut affassinus, *L. famoso, §. capitalium, de penis. l. 3. §. legi Cornelia, ad leg. Pompeiam de paricid.* Cuiusmodi crimina comburitur, damnatur ad bestias, vel in fatus culeo iactatur in profundum maris, vel per frusta diuicitur; certe tantam dissimilitudinem inter Clericos & laicos taliter delinquentes inducere esset absurdum: unde tales merito per Episcopum degradandi sunt, & Cuius seculari tradendi, ut latius Pan. in c. *At si Clerici, num. 41. de iudic. tradit, & fauet Alphonf. Viuald. ut. de depositione & degrad. num. 23.*

25 *Debetur est.* An actualiter degradatus celebrans consecret, vel ordines conferre possit? Respondeo cum S. Tho. 3. p. q. 82. art. 8. Palud. 4. d. 13. q. 1. art. 2. Conc. 5. Ric. 4. d. 13. q. 1. doto 4 d. 13. q. 1. art. 8. Panor. in c. *Non potest*, num. 1. de sent. & re iudic. Summa Astensi par. 2. lib. 7. tit. 17. ar. 1. Angelica, in verbo, degradatio, num. 3. Sylu. verbo, eod. num. 9. q. 7. Tabiena, verbo, eod. nu. 3. §. secundo Archid. de consecr. d. 4. cap. *ostenditur*, Henriquez lib. 13. ca. 55. §. 3. Alphonf. Viualdo vbi supra, nu. 36. & n. 43. & 44. Cosmo Philarcho de officio Sacerd. pa. 1. lib. 4. c. 5. & Sebast. Medice par. 2. tit. 9. q. 24. Toletus, li. 1. c. 17. quod verè consecrat, quicquid glori. in cap. *accidens*, in verbo, *presbitero* dist. 50. & alij nonnulli contrarium dixerint, sed male; Quia character, super quo fundatur consciendi potestas, est indelebilis, etiam post mortem; unde Clericus resuscitatus non est ordinandus, ex glo. in c. 2. in verbo, *numquam* 32. q. 7. & Panor. vbi supra. Et eodem modo dicendum est ex DD. in 4. d. 29. quod licet peccet ordines conferendo, non tamen ordinis executionem confert, si tamen ordinat, verum ordinem confert.

26 *Item* si matrimonium contraheret, si esset in sacris, matrimonium non teneret, ut docent Summa Asteasis, 2. part. lib. 7. tit. 17. art. 4. q. 4. & Alphonf. Viuald. vbi supra, num. 34. qui numer. 35. affirmat Matrimonium contractum hoc die coram Sacerdote degradato, cui parochus concessit interessendi licentiam, iuxta Conc. Trid. Sess. 24. de refor. Matrim. c. 1. verum ac validum esse, fauore Matrimonij, & ordinis Sacerdotalis, quem ipse retinet.

27 *Quibus* addo ex ijsdem DD. quod sic degradatus, si sit in sacris, tenetur ad horas Canonicas, cum ca. *Dolentes*, de cele. Miss. omnibus ordinatis sacris horas recitare precipiat, hic autem adhuc characterem retinet, nec ab his, quæ oneris sunt per degradationem liberatur, sic Angelica, verbo, *Degradatio*, nu. 4. & Sylu. verbo, eod. q. 8. Tabiena, verbo eod. §. secundo Gigas de pensionibus, q. 64. Felicianus Episcopus Scalensis, tit. de depositione & degrad. cap. 25. vers. *Potro depositus*. Alphonf. Viuald. tit. eod. nu. 40. Couar. lib. 3. variat. resolu. c. 13. nu. 8. vers. *Duodecimo* circa medium, & in cap. *Alma mater*, par. 1. §. 3. nu. 8. vbi refert pro hac re Albert. de Ferrar. in tract. de Horis Canon. q. 12. & 13. Sebast. Medices, vbi supra, q. 24. Io. de Li-goano in Clem. *Dignum*, de celebr. Missar. q. 3. & Decium in c. *Inrelleximus*, de iudic. & alios. Cosmus Philarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. c. 5. Petrus Cenedus p. 2. collectancatum ad ius Canonicum, collectan. 65. n. 5. & Gre-

gorius de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 4. & Sotus lib. 10. de iust. & iure, q. 5. art. 3. circa medium. Nau. in lib. de orat. cap. 21. num. 17. vers. *Decimoquarto*, qui duo vltimi cum Alphonfo Viualdo vbi supra num. 46. docent irregularem, depositum, & degradatum dummodo non sit excommunicatus licite posse officium cum alijs in choro, & Henriquez lib. 13. c. 55. §. 3. cum Angel. Sylu. & Tabiena, docent, sic degradatum dicere debere horas, sine eo quod dicat, *Domnus vobiscum* & similia pertinentia ad dignitatem ordinis, immo etiam & degradatus beneficium retinens, quamdiu illud retinet licet non fuerit in sacris, ad horas recitandas obligatur, ut præfati auctores tradunt, & hoc ratione beneficij ut constat. Unde sequitur fasum esse quod Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 17. docet contra omnes Summistas & Theologos, degradatum non teneri ad horas canonicas recitandas, ea ratione persuasus; Quia recitatio hæc non est de iure diuino sed a Papæ & ideo cum sic degradatus sit extra forum Papæ, non videtur teneri amplius. Ad dictum ca. *Dolentes*, respondet, loqui solum de his, qui vsum Clericalem habent. Quæ ratio parum valet, siquidem extra forum Papæ non est, & characterem retinet, & solum foro seculari traditur ad puniendum; eo quod Ecclesia pena sanguinis aliquem coercere non solet, & cap. *Dolentes*, absolute & indistincte loquitur, ergo nec nos distinguere debemus; Neque mens Papæ aut Ecclesiæ est, talem ab hoc onere liberare, ut communiter tradunt Doctores, unde tandem Toletus ipsemet fatetur quod secutus sit recitare; & certe vnus opinio contra communem tuta conscientia vix defendi potest, nedum in praxi sequenda est.

28 *An vero* sic depositus & degradatus, cum sit officio & beneficio priuatus, alendus sit fructibus beneficij, non ita conueniunt Doctores, siquidem Felin. in cap. *ex parte*, de accusat. quem refert, ac sequitur Cona. lib. 3. variat. resolu. in cap. 13. nu. 8. vers. *Duodecimo*, planè existimant huic minime exhibenda esse alimèta ex Ecclesiæ redditibus. At verò Alphonf. Viualdus vbi supra, numer. 41. licet hanc opinionem ex rigore iustitiæ veram esse putet, sibi que imputet, quod culpa sua, & beneficio, eiusque fructibus priuatus sit; nihilominus tamen ex pietate, & per modum Eleemosinæ poterunt ei necessaria ad victum ministrari, ne aut fame pereat, aut cum dedecore status Ecclesiastici mendicari cogatur, ut ibidem affirmat; cui sententiæ plurimum fauet id, quod S. Hieronymus ad Rusticum Narbonensem Episcopum scribit, & refertur in cap. *Diaconi*, sunt, dist. 93. his verbis. *Mendicatus infelix in plateis Clericus, & seruili operi mancipatus, publicam a quolibet poscit alimoniam, qui ex eo magis despicitur a cunctis, quo miser & desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deneruisse*, & expresse docet Pan. in c. *Pastoralis*, §. verum, num. 16. de appellat. Plura de hac re apud auctores legi possunt, hæc interim de his censuris, alijsque pœnis prædictis dixisse sufficiat.

## A D D I T I O.

\* Ad hanc eandem sententiam comprobendam inducitur Auila de censur. fo. 242. parte 4. de degradat. dub. 7. conclus. 2.

## Finis Quinti Libri